

¶ Ecundo autē oportet scire: q̄ valde curiosi sunt audi-
re aliquid nostræ fidei: & maxime de diuina trinitate
& incarnatione: nō tñ volūt his credere: neq̄ pos-
sunt hęc intelligere: Et quia superant rationē / & humanū exce-
dunt intellectū: illa nec credere volunt: nec intelligere possūt.
Esaie. vi. Dicit enim in Esaia: Si non credideritis / nō intelligetis: Et qm̄
contraria sunt Alcorano / quod ipsi constantissime supponunt
esse verbum dei & ideo illa nō suscipiunt / sed ea derident: Dis-
citur enim in prouerbijis vir insipiens non suscipit verba sas-
pientie / nisi dicas ei quæ sibi placent. Vnde nō oportet his sta-
tim a principio diuina pponere: neq̄ ante porcos margaritas
Cautela. spargere: Sed conandū in primis vanā legē eis ostendere: nō
enim oportet virtutes inferere / nisi prius passiones radicatus
auellantur. Oportetq̄ & in oibus breuem viam eligere. facili-
us autem est illorū fidem falsam ostendere / q̄ nostram veram
demonstrare. Fides enim cū eorum sit quæ nō aspicimus: do-
num est dei. Vnde nostra quidē fides valde scd̄m mādata ve-
ra existens: non videtur esse corporalibus. Illorū autem solū
apparens / non a rebus talis apparet. Sed & si nobis non insint
demonstrationes / ostendentes quæ sunt trinitatis / & alia quæ
ad fidem pertinet (neq̄ enim tunc fides mercede digna esset)
habemus tamen euangelicā auctoritatē / quā etiā Alcoranum
testatur: Item & oracula: cū illi nec auctoritates / nec miracula
habeāt. Etsi enim Alcoranū de deo dicit: Ne dicatis tres deos
& reddat rationē statim dicens: q̄ sit unus. Sed nos nō huius
contrariū dicimus: sed simul hęc affirmamus / in quibus dicit
unum esse deum: quē dicimus non solum unum esse / sed etiā
simplicissimū: Neq̄ ei consortē quendā damus & simul partis-
cipem: sicut ipsi / animā mundi / vel verbū / vel spiritū vel diuī-
num quendā intellectū tanq̄ seruū / ex dictis nobis superius.
Non oportet autē humano intellectui ad equare diuinā maie-
statem: & existimare illā nō esse / p̄pterea q̄ hi non possunt in-
telligere p̄sonarū discretionē: absq̄ quo & essentiā discernant
Sed neq̄ sic fortes rationes habent ad hoc / quas non possim⁹
soluere. Hoc igitur sufficit ad defensionem fidei: illud autem
oportet potius eos petere: quid vult Alcoranum apud eos / qm̄
totiens inducit deū deseip̄o pluraliter loquentē cū simplex
sit & unus: hoc autem eos petendum: ut cogant numerū in p̄-